

[Liber septimus]

[Folio disparu : *Un ou plusieurs folios ont été supprimés entre les fol. 173v° et 174, sans doute pour prélever l'image représentant L'Évangile éternel (Ap 14, 6-13) ; une partie du texte également disparue de ce fait correspondait au début du livre VII ; elle est restituée d'après l'édition de Sanders, p. 514] :*

STORIA EVANGELII AETERNI

6 Et vidi alium angelum volantem in medio caelo, habentem evangelium aeternum, ut evangelizaret habitantibus in terram, et in omni gente, et tribu, et lingua, et populo, 7 dicens : timete Dominum, et date ei claritatem, quoniam venit dies iudicii eius ; et adorete eum, qui fecit caelum et terram, mare et fontes aquarum. 8 et angelus secundus secutus eum est dicens : cecidit, cecidit Babilon magna ; quia de vino fornicationis eius biberunt omnes gentes. 9 et angelus tertius secutus est eos dicens in voce magna : si quis adorat bestiam, et simulacrum eius, et acceperit notam in fronte sua, aut in dextera sua, 10 et ipse bibet ex vino irae Dei mixti meri in poculo eius, et cruciabitur igni et sulfure in conspectu angelorum sanctorum, et in conspectu agni ; 11 et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet. et non habent requiem die ac nocte, qui adorant bestiam et simulacrum eius, et si quis accipit notam nominis eius. 12 hic sustinentia sanctorum est, qui servant mandata Dei, et fidem Iesu. 13 et audivi vocem de caelo dicentem : scribe : beati mortui, qui in Christo moriuntur.

[fol. 174 a]

INCIPIIT EXPLANATIO SVpra SCRIPTE STORIAE. *

Et ¹ uidi, inquit, alium angelum uolantem in medio celo [Ap 14,6]. Angelus nuntius dicitur : Celum Aecclesia. Angelum uolantem in medio celo, id est praedicationem Ecclesie per omnem mundum discurrentem.

Habentem euangelium eternum, ut euangelizaret habitantibus in terra, et omni gente et tribu et lingua et populo, dicens : Timete Dominum [Ap 14,6-7]. Non dixit habentem aeuangelium et praedicantem in omni gente et dicentem, sed ut

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. *Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.*

praedicaret dicens : Ad hoc enim uno in loco Africa fit, ut notum sit quod in omni gente fiet ² Ecclesia ³, quę in parte prædicat in Africa, ea ratione in omni gente, sic praedicet cum e medio istius saeculi Babilonis exierit, praedicabit et dicet ⁴ : **Timete Dominum et date Ei claritatem, quoniam uenit dies iudicii Eius, et adorare Eum qui fecit cęlum et terram, mare et fontes aquarum. Et angelus secundus secutus est, dicens** [Ap 14,7-8] : Angelus secundus futura praedicatio est cum aperuerit propheta ⁵ os suum in futura pace ad praedicandum.

Cęcidit, cęcidit Babilon illa magna [Ap 14,8].

Babilonem ciuitatem diaboli dicit :

Ciuitas ⁶ diaboli, populus eius est, et omnis corruptela et opera nequitię, quam ⁷ in persecutionem sui et humani generis exquirat.

Nam sicut ciuitas Dei Ecclesia, ita e contrario ciuitas diaboli ista Iherusalem est, quam ⁷ supra diximus ⁸ Babilon, eo quod in hoc mundo in pace confusionis uersetur.

Sicut Dominus dixit : [fol. 174 b]

Ecce pono Iherusalem lapidem conculcabilem in omnibus gentibus. Et cum per Eşayam de ruina ⁹ Babilonis loqueretur, ita dicit :

Haec cogitatio, quam cogitauit Dominus super totum orbem terrae. Et cum Zaccharię totius mundi iusticiam ¹⁰ uideret, dictum est illi quod in Babilone haberet sedem, id est in populo diaboli. Cuius interitum instare uidens nostra Ecclesia clamans ¹¹ : **Cęcidit, cęcidit Babilon illa magna** [Ap 14,8]. Duobus modis repetit, quia duobus modis cadit, cum a Christo Ecclesia discedit. Pro perfecto et futuro ¹² dicit quod adhuc futurum est. Sicut antequam Christum crucifigerent, dictum est :

Diuiserunt sibi uestimenta mea, quasi iam factum dicebat, quod adhuc futurum in Christo erat, quod nunc completum uidemus.

Ita intellegendum est nunc, de Babilone ¹³, quod est mundus iste, iam in conspectu Dei damnata est, quod perspicuę ¹⁴ in futuro damnata erit. Sed initia ruinae Babilonis perspicuę uidemus. Pacem futuram ¹⁵ deiecto scismate, et dissensionem per orbem cęlebratam.

De uino fornicationis eius biberunt omnes gentes [Ap 14,8]. Cum haec ciuitas que putatur, ipsa biberit ex uino fornicationis omnium gentium, sic enim condita est, iam corruptę fuerant omnes gentes fornicatione et omni inmunditia, et usque modo

2. Deux lettres grattées après fiet.

3. ecclesiae corr. en ecclesia.

4. dicit corr. en dicet d'une plume plus fine.

5. prophetia corr. en propheta.

6. ciuitates corr. en ciuitas.

7. quem corr. en quam.

8. et corr. après diximus.

9. m final gratté.

10. iniusticiam corr. en iustitiam par grattage.

11. clamat corr. en clamans.

12. uturo écrit sur des lettres grattées.

13. Babilonia corr. en Babilone.

14. o final corr. en ę d'une encre très pâle.

15. Tilde ajouté sur le a final.

sint multę gentes, que non sint¹⁶ ipsius Babilonis¹⁷ potestatis. Hęc unam rem duobus modis diuidit, obscurande rei¹⁸ causa, unde manifestum est omnes gentes sint ipsa ciuitas, que¹⁹ bibit ex uino forni-[fol. 174v° a]-cationis, id est omni opere inmunditię iniquitatis. **Et angelus tertius secutus est eos dicens, uoce magna : Si quis adorat bestiam, et simulacrum eius** [Ap 14,9]. Hęc est nouissime persecutionis pŕedicatio, id est tempore Antichristi, breuitate temporis secuta. Bestiam adorat et simulacrum eius, id est diabolum et populum eius, et caput²⁰ uelut occisum, id est sacerdotes sub Christi nomine intra Eęclesia, diabolo deseruire. **Et acceperunt notam in fronte sua, et²¹ in dextera sua ; et ipse bibet ex uino irae Dei mixti meri in poculo irę eius** [Ap 14,9-10]. Dum dicit et ipse bibet, ostendit²² alium esse qui biberit ;

Et quia duos populos dicimus diaboli.

Unum foras Aecclesiam quod sunt infideles et gentiles, alterum intra Eęclesiam, qui solo nomine sunt christiani, in opere uero non dissentiunt a gentilibus.

Post hoc dicit, ipse bibet ex uino irę Dei. Dixerat enim ex uino fornicationis²³ bibisse omnes gentes, et ne separaret eum qui licet gentibus uisibiliter non miscetur, eandem tamen bestiam sub Christi nomine adorat. Et ipse inquit, bibit iram Dei.

Et cruciabitur igne et sulphurę, in conspectu angelorum sanctorum, et in conspectu agni, et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet. et non habent requiem die ac nocte qui adorant bestiam et simulacrum eius, et si quis accipit [fol. 174v° b] **notam nominis eius** [Ap 14,10-11]. Hic ostendit omnes omnino dixisse, tam uiuos quam mortuos.

Cum autem dicit qui adorat bestiam, cruciabitur igne et sulfure, uiuos dicit. Cum uero dicit salire fumum de tormentis eorum, et non habere requiem dię ac nocte, mortuos²⁴ insinuat.

Hic patientia sanctorum est, qui seruant mandata Dei, et fidem Ihesu [Ap 14,12].

Patientiam dixit sanctorum, id est non accipere notam simulacri bestię. Sed notam ipsius ueritatis agni, et neque adoret simulacrum, sed uerum Christum. Erit enim tunc tempore Antichristi pŕessura magna, qualis numquam fuit ab initio mundi ; in qua pŕessura patientia et fides opus est seruantibus pŕęcepta Dei et fidem Christi.

Et audiui uocem de celo, dicentem :

Scribe : Beati mortui, qui in Christo moriuntur [Ap 14,13]. In hoc loco omnes sanctos dicit, tam uiuentes, quam ętiam sepultos.

Cum enim dicit beati mortui sepultos dicit, cum uero dicit qui in Christo moriuntur uiuentes ostendit, qui in cinere et cilitio uersantur. Omne tempus inclusit dicens : Qui mortui sunt et moriuntur plane in Christo.

16. sunt corr. en sint.

17. Babiloniae corr. en Babilonis.

18. rem corr. en rei.

19. qui corr. en que.

20. c initial ajoutę en interligne.

21. et ajoutę en interligne d'une encre noire.

22. et final corr. en it.

23. Lettres grattęes apręs fornicationis et remplacęes par un trait de liaison.

24. o ajoutę en interligne.

Amodo etiam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Opera enim eorum sancta sequuntur, cum eis [Ap 14,13] a modo ex quo dormierint uel resurrexerint.

Quia de fine ipsius persecutionis Antichristi locutus est ; hic facit finem, et recapitulat a tempore pacis futurae.

[Entre le folio 174v° et le 175 , un folio a disparu. Il pouvait contenir l'illustration : **Le Fils de l'Homme dans les nuées et vendanges divines** (Ap 14, 14-20) et le texte de la *storia* correspondante, qui peut être restitué d'après l'édition de Sanders, p. 518-519 :

[STORIA DE NUBE ALBA ET FILIO HOMINIS

14 Et vidi et ecce nubam albam ; et super nubem similem filium hominis, habens in capite suo coronam auream ; et in manu sua habebat falcem acutam. **15** et angelus exiit de templo, clamans voce magna sedenti super nubem : mitte falcem tuam et mete, quoniam venit hora metendi, quoniam matura facta est messis terrae. **16** et misit sedens super nubem falcem suam in terram, et messa est terra. **17** et alius angelus exiit de templo, quod est in caelo, et ipse habens falcem acutam. **18** et alius angelus de ara, habens potestatem super ignem ; et clamavit voce magna habenti falcem acutam, dicens : mitte falcem tuam acutam, et vindemia botros vineae terrae, quoniam maturae sunt uvae eius. **19** et misit angelus falcem suam in terram, et vindemiavit vineam terrae, et misit in torcular irae Dei illum magnum ; **20** et calcatum est torcular extra civitatem, et exiit sanguis de torculari usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta [Ap 14,14-20].

[fol. 175 a]

INCIPIIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE ISTORIAE.

Et ²⁵ uidi, et ecce nubem albam, et super nubem similem Filium hominis [Ap 14,14].

Nubem albam Eclesiam dicit in claritate patientie suae fulgentem ; Filium hominis Christum dicit, qui suae Ecclesiae possessor est.

Haec nubs alba modo clarescit ²⁶ in passione, sed praecipuae post persecutionum flammam in resurrectione albescet ²⁷ ; cum iuncta cum capite fuerit. **Habens in capite suo, coronam auream** [Ap 14,14]. Ipsi sunt uiginti quattuor seniores, cum coronis aureis. **Et in manu sua, habebat falcem acutam** [Ap 14,14].

Id est in opere suo, potestatem maledictionis. Ipsa est enim falcis, de qua dicit angelus Zaccarie.

Hec est maledictio, quae exiit in fatiem totius terrae. Propter quod omnis fur, ex hac ²⁸ usque ad mortem penas luet, et omnis periurus ex hac, usque ad mortem penas luet. Non enim fur et periurus grauius omnibus peccant, ut solos damnari diceret. Sed fur et periurus ypocritae sunt, id est illi sacerdotes, quos in bestia caput uelut occisum diximus.

25. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

26. et final corr. en it.

27. it final corr. en et.

28. h ajouté en interligne d'une autre encre.

Sicut Dominus dicit : Qui non intrat per ianuam quod est Christus, sed ascendit per aliam partem, fur est et latro. Et iterum : *qui se dicunt Iudeos esse et non sunt* [Ap 2,9], sed mentiuntur.

Et de sanctis dictum est : Iurabunt in Deum uerum.

Omnis inquit fur et omnis periurus, ut ostenderet non unum genus esse furti, neque periurii.

Et alius angelus exiit de templo, clamans uoce magna sedenti super nubem : Mitte falcem tuam et mete, quia uenit hora metendi, quoniam matura facta est messis terrae ²⁹ [Ap 14,15]. [fol. 175 b]

Id est, consummata sunt peccata. Angelus de templo clamans tamquam Filio hominis, modo est in Aecclesia imperium Domini. Angelus nuntius est praedicationis. Templum Eecclesia est.

Filius hominis Christus est, qui non perspicua uoce clamat, sed suggestione Spiritus sancti, qui operatur in suo corpore, id est in Eecclesia, dicens : Iam tempus esse malorum anathematizandorum, id est dissessionis faciende, et inimicorum persecutione tolerandę penitus auferendorum, id est desiderat Eecclesia diem iudicii esse, et a malis omnibus separari. **Et misit sedens super nubem falcem suam in terram, et messa est terra** [Ap 14,16]. Vtique spiritualiter dicit, quia cum Eecclesia a malis persequitur et pacienter iniurias suffert, tunc illi superantur.

Tunc et inimicos premere dicitur, quoniam cum Aecclesia traditur inimicis emendanda, ipsi inimici torquentur. **Et alius angelus exiuit de templo quod est in caelo** [Ap 14,17].

Et quia angelum nuntium diximus, et celum et templum Eecclesiam. Angelum quem dicit exire de templo, alia est praedictio de Aecclesia. Prima enim dissessionis est et incoatio persecutionis, alia uero aperte sequentis.

Et ipse habens falcem acutam [Ap 14,17], id est eandem potestatem. **Hic duo angeli unum est et una potestas. Et alius angelus, exiit de ara** [Ap 14,18].

Eadem iussio Domini est de Eecclesia. **Habens potestatem super ignem** [Ap 14,18]. Quem ignem diuersis modis significat ipse est iste ignis quem supra diximus ex ore testium exisse, id est uerbum praedicationis ; ipse est enim falcis, ipse gladius, ipse sermo, qui exiit [fol. 175v^o a] ex ore Aecclesię. **Et clamauit uoce magna habenti falcem acutam dicens :**

Mitte falcem tuam acutam, et uindemia botros uinę terrae, quoniam mature sunt uue eius. Et misit angelus falcem suam in terram, et uindemiauit uineam terre [Ap 14,18-19].

Frequenter diximus angelum nuntium esse, id est Aecclesię prædicationem, cui dedit Christus potestatem praesentia et futura ordinare et præuidere. In mense et uindemia, populum dicimus, qui modo non torquentur per penitentiam, illuc uero sine dubio, torquentur in gehenna. Qui habet falcem messoriam, ipse habet et uindemiatoriam. Et qui dixit messori mete, et uindemiatori uindemia, unum est enim et uno tempore fiet, id est tempore Antichristi, quando grauis pressura erit, et

29. terrae écrit dans un cadre en fin de ligne suivante.

inquoata pressura non relaxabit quousque finiatur in morte, in messe et uindemia ³⁰, initium et finem ostendit unius pressurę. Si autem sic est putandum quod aperte et specialiter Christus uisus est in nube alba ut supra diximus ; messor ergo quis est, aut post eum quis est uindemiator ? nullus alius nisi ipse Christus. Et non specialiter, sed in suo corpore quod est Ecclesia, cui dedit hanc potestatem ligandi et soluendi, ut fatiat per Christum quod uoluerit. Quod et Daniel uidit in hac uita nubem ad ³¹ Christi credulitatem deferri, et accipere regiam potestatem, et omnem gentem terrae, secundum quamque nationem.

Et misit in torcular illum magnum irę Dei [Ap 14,19]. [fol. 175v° b]

Quid est magnum dici, nisi super unum ? Nullum peccatum est maius ³² quam superbia. Non torcular magnum, sed illum magnum misit in torcular, id est unumquemque superbum. Quod aperte hoc dictum est secundum sermonem grecum. Quia ³³ torcular femininum gens ³⁴ nuncupauit, et magnum masculinum ³⁵ dixit. Hoc ³⁶ torcular est retributio cuiusque peccati, quod ³⁷ unusquisque in corpore gessit. **Et calcatum est torcular extra ciuitatem** [Ap 14,20]. Haec ciuitas Aecclesia est. Cum enim facta fuerit separatio inter bonos et malos, et reddiderit Christus unicuique secundum opera sua, tunc hoc ³⁶ torcular calcatur extra ciuitatem, id est extra Ecclesiam. Facta dissessione foris erit omnis homo peccati. Calcatio autem torcularis retributio est peccatorum, sicut dicit Iheremias : Excisa Iherusalem, lacum calcauit Dominus, uirginis filię Sion. Per Ioel uero, ad hanc nouissimam ³⁸ uindemiam torcularis et calcationem peccatorum qua ³⁹ plęnitudine sic suos pugnatore Deo ortatur, dicens : Clamate haec in gentibus. Sanctificate bellum, excitate pugnatore, concidite aratra uestra in gladios, et falces uestras in lanceas. Qui potens est, dicat, quoniam ualeo ego. Congregamini et intrate omnes gentes in circuitu, et colligimini illic. Qui mansuetus est sit puginator, exsurgant et ascendant omnes gentes in ualle Iosafat, id est in Ecclesia.

Propter quod ibi sedebo iudicare omnes gentes in circuitu. **Mittite falces** [fol. 176 a] quoniam adest uindemia, intrate, calcate, quoniam plenum est torcular, superfundant lacus, quoniam repleta sunt omnia mala eorum.

Soni sonuerunt in ualle iuditii, quoniam prope est dies Domini. Sol et luna contenebescunt, et astra occident fulgorem suum. Deus autem ex Sion exclamabit et de Iherusalem dabit uocem suam et tremescet cęlum et terra. Deus autem parcet populo suo, et confortabit Dominus filios Israel. Et cognoscetis quoniam ego sum Dominus Deus uester, habitans in Sion, in monte sancto meo. **Hęc omnia et hodie**

30. a final ęrit sur une lettre grattęe.

31. d ajoutę en interligne d'une autre encre.

32. maior corr. en maius.

33. quem corr. en quia.

34. generis corr. en gens.

35. i final corr. en um.

36. o ęcrit sur deux lettres grattęes.

37. od ęcrit sur deux lettres grattęes.

38. uis ęcrit en fin de ligne d'une plume plus fine.

39. que corr. en qua.

spiritualiter in Ecclesia geruntur, quæ adhuc perspicuè in diem iudicii facta creduntur. Et qui in torcular iræ furoris Domini mitti creduntur, iam hic in opere præparantur. Omnes qui saeculo seruire cupiunt, et carnis suæ curam facere delectantur, uxores ducunt, et alios docere persuadent⁴⁰ et non Deum diligunt quem diligere debuerant, sed pro terrena lucra desudant, quid aliud⁴¹ nisi bellatores et pugnatōres excitant? Qui hæc fatiunt, aratra et falces concidunt et gladios ad bellandum componunt; et qui hoc⁴² in hoc mundo adcumulant, quid fatiunt nisi bella denuntiant et Christum et Ecclesiam ad pugnam excitant?

Sancti uero hæc præuidentes, nuptias incontinentibus cum benedictione prædicant uiduis et continentibus munditiam castitatis, exortantes⁴³ admonent ut in melius crescendo proficiant; uirginibus suadendo, ne nuptiis iungantur ela-[fol. 176 b]-borant. Quid isti⁴⁴ aliud denuntiant nisi pacem eum gladiis⁴⁵ concidunt, et aratra uelut falces fatiunt? Cum gladius frangitur et uomer et falces facti sunt⁴⁶ non pugna sed pax esse sentitur. Et cum uomer et falcis frangitur et gladius facitur, non pax sed pugna futura speratur. Et non cum eo adueniet, qui cum uiginti milibus uenturus est, sed cum decem milibus inermis⁴⁷ esse credatur et a sanctis in futuro se dupliciter calcari in torcular iræ furoris, non dubitetur.

Sicut scriptum est de his per Babilonem⁴⁸ in hoc libro: *reddite illi, sicut et ipsa uobis reddidit, et duplicate dupla secundum opera eius* [Ap 18,6]. Recipiant a nobis in futuro dupla, cum nos hic disponunt per mortem occidere simplam.

Conculcantur autem a nobis, cum ipsi nos inculcant. Sed nobis sanguinem fundentibus ipsi moriuntur. Sic est: Illum pati, qui facit. Ponam inquit Iherusalem in omnibus gentibus, lapidem conculcabilem. Omnis qui conculcauerit eam, illudens⁴⁹ illudetur⁴⁹. **Et exiit sanguis de torculari, usque ad frenos equorum** [Ap 14,20]. Et quid hoc loco equi, nisi principes et rectores mundi⁵⁰? quia per eos diabolus operum suorum nequitia, uelociori cursu exercendo discurrit. Bene ergo dicitur: *exiit sanguis de torculari usque ad frenos equorum* [Ap 14,20]. Id est exiet damnationis ultio, usque ad rectores [fol. 176v° a] populorum, usque enim ad diabolum et eius angelos, id est homines malos. In nouissimo uero certamine, in diem iudicii, exiet ultio sanguinis et⁵¹ effusio, sicut ante prædictum est. In sanguine peccati, *et sanguis te persequitur, per stadia mille DC* [Ap 14,20], id est per quattuor mundi partes⁵². Quaternitas est enim cum quaternata, sicut in quattuor faciebus

40. unt *final* corr. en ent.

41. aliut corr. en aliud.

42. quid hæc corr. en qui hoc.

43. exortant et corr. en exortantes.

44. istud corr. en isti.

45. gladios corr. en gladiis.

46. facitur corr. en facti sunt.

47. in heremis corr. en inermis.

48. Babiloniam corr. en Babilonem.

49. in *initial* corr. en il.

50. sunt *gratté* après mundi.

51. et *ajouté* en interligne.

52. es écrit sur plusieurs lettres *grattées*.

quadriformibus et rotis. Quater enim quadringenti fiunt mille sexcenti, facit finem, et recapitulat.

INCIPIT STORIA SEPTEM ANGELORVM ET RECAPITVLAT EADEM PERSECVTIONE DESCRIBITVR DICENS.

Et⁵³ uidi aliud⁵⁴ signum in celo magnum et mirabile, et⁵¹ angelos septem.

Septem angeli septem Ecclesie sunt que est una, habentes plagas septem nouissimas, quoniam in ipsis finita est ira Dei.

Et uidi⁵⁵ sicut mare uitreum mixtum igne, et uictorem bestie et simulacrum eius, et numerum nominis eius stantes super mare uitreum, habentes citharas Dei et cantantes canticum Moysi serui Dei, et canticum agni dicentes : magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens. Iuste et uera⁵⁶ sunt uie tue rex gentium, quis non timeat et clarificet nomen tuum qui solus es sanctus ? Quoniam omnes gentes uenient et adorabunt in conspectu tuo, quoniam iustificationes tue [fol. 176v° b] manifeste sunt [Ap 15,1-4].

EXPLICIT STORIA

Illustration : Panneau d'entrelacs.

[fol. 177] HI SUNT SEPTEM ANGELI HABENTES SEPTEM PLAGAS NOUISSIMAS QUONIAM IN IPSIS CONSUMATA EST IRA DEI.

Illustration : Apparition des anges aux coupes (Ap 15, 1-4) :

Registre supérieur, sur fonds rouge et bleu : 7 anges aux ailes déployées tenant chacun une coupe dans les mains.

Registre inférieur, sur fond jaune : L'Agneau crucigère dans un cercle : AGNUS DEI UICTOR BESTIAE ;

De part et d'autre : 7 saints tenant une viole : HI SUNT SANCTI QUI UICERUNT BESTIAM ET IMAGINEM EIUS ET NUMERUM NOMINIS EIUS. STANTES SUPER MARE UITREUM HABENTES CITHARAS DEI ET CANTANTES CANTICUM MOYSI ET AGNI.

Au-dessous, registre bleu parcouru d'ondulations : MARE UITREUM MIXTUM IGNE.

[fol. 177v° a]

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTAE STORIAE.

Et⁵⁷ uidit aliud⁵⁸ signum in celo, magnum et mirabile, et⁵⁹ angelos septem [Ap 15,1].

Septem angeli septem Aecclesiae sunt, quod est una Ecclesia.

Semper enim Aecclesia in penitentia est, et plagas populo contumaci predicare non cessant. **Habentes plagas septem nouissimas, quoniam in ipsis finita est ira Dei** [Ap 15,1]. Nouissimas plagas dixit, quia semper ira Dei percutit populum contumacem. Septem plagas quas dicit, perfectum numerum ostendit. Scriptura enim sacra

53. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

54. aliut corr. en aliud.

55. t final gratté.

56. uera corr. en uerae d'une encre plus noire.

57. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

58. aliut corr. en aliud d'une encre noire.

59. et ajouté en interligne d'une encre noire.

aliquando septimo perfecto numero ponere consuevit. Sicut idem Deus in Lēuitico frequenter repetit, dicens :

Percutiam uos septem plagis, quę nouissime futurae sunt, cum Eclesia de medio eius exierit. Septem autem spiritaliter proposuit de septem angelis. Et quia septem angelos septem Aecclesias diximus, quę una esse credimus, ac septem plagas spirituales esse cognoscimus, per quas ⁶⁰ septem uitia inpugnare genus humanum non dubitamus. Et ut frequenter facit aliud ⁵⁸ subicit, et plagas quas dixerat repetit. Has ⁶¹ tamen plagas explicitas, ad praepositum redit.

Et uidit sicut mare uitreum [Ap 15,2]. Id est fontem baptismi per iudicium. **Permixture igne** [Ap 15,2]. Id est spiritu uel temp-[fol. 177v° b]-tatione ⁶². Ignis enim aliquando Spiritus Sanctus intelligitur, aliquando temptatio tribulationis. Spiritus Sanctus intelligitur, sicut dicit : Ignem ueni mittere in terram.

Ignis temptatio dicitur, ut Apostolus ait :

Vasa figuli probat fornax, et homines iustos temptatio tribulationis. Et psalmista ait : Exarserunt in me sicut ignis in spinis.

Quia per flammam detraentium, non iustorum uita conburitur ; sed si quid ⁶³ eis inesse poterat, peccatorum spinę concremantur. Bene ergo dicitur mare uitreum permixtum igni ⁶⁴, id est bapismus permixtum Christi passioni ⁶⁴. Quia non solum in aqua sed in morte ipsius bapizari praecipimur, per cuius mortem et sanguinem diabolus superare possimus. Sicut dicit de hoc permixto igne. **Et uictorem bestiae, et simulacrum eius, et numerum nominis eius, stantes super mare uitreum** [Ap 15,2].

Mare uitreum dicit et repetit ; uitrum ⁶⁵ enim perlucidum est, sed cito frangitur. Ita et homo labitur ⁶⁶, et tamquam uitrum ⁶⁵ perlucidum, ita a ⁶⁷ sanctis angelis conspicitur. Sed cum per tempus uita prelongatur, dicto, facto, uel cogitatu semper fedatur. Et tunc non Christi cuius bapismus suscepit, sed bestię membrum esse dinoscitur, et nota nominis eius non dubitatur. Cum uero gratuita miseratione afflatus fuerit Spiritus Sancti gratia, et reuersus ad penitentia ⁶⁸ caeperit deplorare preterita, tunc creditur effugisse bestiam ⁶⁹, et copulatus esse ⁷⁰ Christi corporis membris ⁷¹. Et tunc demum reconquirere quod ⁷² primum perdiderat [fol. 178 a] sanctitatem, bapismus, et non in peccato iacens dicitur ; sed stans super mare uitreum, sicut dicit. **Habentes citharas Dei** [Ap 15,2]. In cithara corda est extorta ⁷³ in ligno extensa.

60. quos corr. en quas d'une autre encre.

61. h ajouté en interligne.

62. ne ajouté en interligne d'une autre main.

63. quis corr. en quid.

64. e final corr. en i.

65. uitreum corr. en uitrum.

66. labatur corr. en labitur d'une plume plus fine.

67. a ajouté en interligne.

68. e final corr. en a.

69. bestię corr. en bestiam.

70. in gratté après esse.

71. membra corr. en membris.

72. quem corr. en quid.

73. t ajouté en interligne d'une autre main.

In ligno, crucem. In corda, carnem extensam in penitentiam. Illa enim corda dulcem sonum excutit, quę in ligno crucis extensa, omnes in caritate coniungit. **Et cantantes canticum Moysi serui Dei, et canticum agni** [Ap 15,3]. Post transitum Rubri maris, cantat canticum populus Deo, Egiptiis et Pharaone submersis ⁷⁴.

Non aliter et fideles postquam de lauacro exeunt, extinctis peccatis, hymnum in uoce gratulationis erumpunt dicentes : Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum et ascensorem proiecit in mare. Quo tamen melius et dignius ille dicit, qui habuerit timpanum in manu sua, sicut Maria, id est carnem suam crucifixerit cum uitiis et concupiscentiis, et mortificauerit membra sua quę sunt super terram, iam de hinc ducitur post maris transitum, populus per desertum babtizati scilicet omnes per mundum, non fruentes promissis ⁷⁵ patrum, sed quod non uident sperando, per patientiam expectando tamquam in deserto sunt, et illic laboriose et periculose temptationis ne reuertantur corde in Egipto, nec ibi tandem Christus deserit, nam ibi illa collumna non recedit.

Vnde et iugiter clamant dicentes : **Magna et mirabilia opera tua Domine Deus omnipotens, iustę ⁷⁶ et uerę ⁷⁶ sunt uie tuę rex gentium,** [fol. 178 b] **quis non timeat et clarificet nomen tuum, qui solus es rex sanctus ? Quoniam omnes gentes uenient et adorabunt in conspectu tuo, quoniam iustificationes tuę manifestę sunt** [Ap 15,3-4]. Hęc enim sunt in utroque Testamento quod cantant supradicti qui super mare uitreum et in ignem mixtum sunt positi. Repetit quod proposuerat dicens.

INCIPIST STORIA TEMPLI APERTI ET DE EASDEM ⁷⁷ FIALAS SEPTEM ANGELORVM.

Post ⁷⁸ haec uidi et apertum est templum tabernaculi testimonii in caelo, et exierunt septem angeli qui habent septem plagas de templo induti lino mundo splendido, et cincti super pectora sua zonis aureis ⁷⁹, et unus ex quatuor animalibus dedit septem angelis fialas aureas plenas ira Dei uiuentis in saecula saeculorum. Et impletum est templum Dei fumo claritatis, et uirtute eius. Et nemo poterat intrare in templum, quousque finiantur septem plagę septem angelorum [Ap 15,5-8].

[fol. 178v^o] **Illustration : Les sept Anges sortent du Temple** (Ap 15, 7-8) :

Registre supérieur : sous une arcade entourée d'étoiles sur fond bleu, une porte à deux battants ouverte : HOSTIUM APERTUM IN CAELUM.

Registre inférieur : un aigle renversé sur une roue distribue des coupes à des anges :

auprès de l'aigle : ISTUD ANIMAL DEDIT ANGELIS SEPTEM FIALAS PLENAS IRA DEI ;

à la base : HI SUNT SEPTEM ANGELI QUI EXIERUNT DE TEMPLO HABENTES SEPTEM PLAGAS.

[fol. 179 a]

74. o final corr. en is.

75. a final corr. en is.

76. a final corr. en æ.

77. eosdem corr. en easdem.

78. Initiale rehaussée de couleurs, en partie rentrante sur trois lignes.

79. zonas aureas corr. en zonis aureis.

INCIPIT EXPLANACIO SVPRASCRIPTE STORIAE.

Post⁸⁰ **hec uidi et apertum est templum tabernaculi testimonii in celo** [Ap 15,5]. Iam supra manifestum⁸¹ est quid sit templum tabernaculi testimonii in celo.

Et exierunt septem angeli, qui habent septem plagas de templo [Ap 15,6]. Illi enim de quibus dicit exituros, non habent decessorem⁸²; describit ergo et aperitur, quid sit⁸³ templum celeste. Exitus iste, iussio est et praedicatio aeuangelii, et manifestatio intra Ecclesiam, qui⁸⁴ sint boni, et qui mali. Apertum est templum, et exierunt angeli habentes plagas de templo. Templum apertum et tabernaculum, et celum, hoc totum una Aecclesia est et una iussio⁸⁵. Et septem angeli ipsi sunt⁸⁶ quod templum. Templum exiit de templo, quoniam manifestatum est quod sit uerum templum. Exitus iste septem angelorum, non perspicue est, sed solo nomine intellegendus est. Exitum autem pro locis intelligimus.

Supra enim diximus angelum exisse de templo et clamasset, sedenti super nubem : *Mitte falcem et uindemia* ; hoc dicit⁸⁷ *exierunt septem angeli de templo* [Ap 14,18]. Hoc totum unum est, et praedicatio Aecclesia est ; et imperium Domini, et iussio illius, iste exitus est. Sicut in euuangelista dicit : Exit edictum a Cesare Augusto censi omnem Iudeam. Aliquando enim exitus natiuitatis est, sicut scriptum est : *Exiet uirga de radice Iesse*. Et iterum : *ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel*. Et aliquando exitus perspicuum est, ut exiit illud⁸⁸ Loth a Sodomis. Quod et nunc describit, in exitu angelorum. **Induti linum mundum** [fol. 179 b] **splendidum et cincti super pectora sua zonis aureis**⁸⁹ [Ap 15,6]. Manifestius ostendit in septem angelis, septem Ecclesias esse ; sic namque innitio⁹⁰ libri in Christo descripsimus, habentem zonam auream super ubera, ut credas hoc unum esse. Zona aurea est corus sanctorum, ut aurum igne probatum, in quo est conflata scientia, et purus spiritualis sensus. Hec zona tradita est Aecclesiis, eo quod hinc inde testamenta uterque complectitur. **Et unus ex quatuor animalibus, dedit septem angelis septem fialas aureas plenas ira Dei uiuentis, in saecula saeculorum** [Ap 15,7].

Iste sunt fiale, quas supradiximus cum odoribus portare seniores. Septem fiale, et septem angeli, et septem tube et quattuor animalia, hoc totum unum est, et una Aecclesia est, et uerbum praedicationis et ira Dei, et ignis exiit ex ore testium, hoc totum unum est. Et quod sunt odoramenta, hoc est ira Dei. Orationes enim sanctorum, que est ignis exiens ex ore testium, irae sunt mundo, per Legem et Euangelium predicatae. Vnus ex animalibus dedit Ecclesiae fialas, id est

80. Initiale rehaussée de couleurs, en partie rentrante sur quatre lignes.

81. ma séparé de nifestum par une déchirure du parchemin, avec trait de liaison.

82. di initial corr. en de.

83. qui sint corr. en quid sit.

84. Une lettre grattée après qui.

85. Un s ajouté d'une autre encre. Lettres grattées à la fin du mot.

86. ipsud est corr. en ipsi sunt.

87. dicit corr. en dicet.

88. illut corr. en illud.

89. as final corr. en is.

90. in initial ajouté dans la marge d'une autre main.

Aeuangelium, quod sunt quatuor animalia, hoc et unum, et quod est unum, hoc et quatuor. Eꝯangelium autem, uoluntas est Dei, qua completa uoluntate ; dat Eꝯclesiae hanc potestatem. **Et impletum est templum Dei, fumo claritatis Dei, et uirtute eius** [Ap 15,8]. Vtique illud⁸⁸ templum quod supra diximus exisse de templo.

Fumus enim claritatis Dei, orationes sanctorum, ex quobus⁹¹ odor suauitatis Dei ascendit⁹², et uirtutum opera in Eꝯclesia clarescunt⁹³. **Et nemo** [fol. 179v^o a] **poterat intrare in templum, quousque finiantur septem plage septem angelorum** [Ap 15,8]. Nemo⁹⁴ est alius, nisi ypocritae, et hēretici, et pseudosacerdotes, et scismatici ; nemo ex his poterat intrare templum, id est Eꝯclesiam Domini, quia erit pressura magna tempore Antichristi, qualis non fuit ex quo gentes esse ceperunt. Quia non liberaretur omnis caro, nisi Deus propter electos suos breuiasset dies illos. Hic facit finem, et recapitulat easdem plagas, plenius dictis.

EXPLICIT LIBER VI[I].

91. quo *corr. en* quobus.

92. ascendet *corr. en* ascendit.

93. clarescet *corr. en* clarescunt.

94. quis *gratté après* nemo.